

Beiheft

2

S 116

1279 (1278) Januar 12.

[51]

Hermann von Münster gestattet dem Johann von Holthusen den Verkauf des von ihm lehenrührigen Erbes Westendorp. 116

Nos Hermannus dictus de Monasterio recognoscimus et protestamur in his scriptis, quod ad petitionem Johannis de Holthusen proprietati domus in Westendorpe, in villa Lare sitae, quam idem Joannes a nobis tenuerat in feodo, renunciamus libere et solute, dantes sibi facultatem plenam dictam proprietatem, cuicumque voluerit, vendendi vel assignandi. Super quibus praesentibus sigillo nostro munitis certificamus eundem. Nos autem Ludolphus frater memorati Hermanni dictam donationem fratris nostri ratam habentes ob dilectionem<sup>1)</sup> praefati Joannis dictae domus proprietati perpetuo renunciamus libere et solute; et quia sigillo caremus, sigillo fratris nostri contenti sumus. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX octavo, feria quinta post epyphaniam Domini.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 95/96.